

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Ioanni Pomerano Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

hominibus. His cogitationibus ut animum erigas, te etiam atq; etiã obtestor. D. Martinus aberat, cùm tuæ literæ adferrentur: postea non potui occupatum ad scribendum hortari. Saluta Dominum Paulum. Bene uale.

D. Vuenceslao Lynco, Doctori Theologiae, Philipus Melanchthon
S. D.

Misit huc ad Principem nostrum dux Georgius, exemplum cuiusdam epistolæ à te scriptæ, ac uidetur uehementer iracundus auctori. Id tibi significandum duxi, ut cautor esses in posterum in * aduersandis literis huius generis. Plena sunt omnia fucatis amicis, quorũ simulatione uide ne alijs in rebus decipiaris. Miror quis sit, qui hanc epistolam nõ ueritus est ad Georgium perferre. Tu suscipi cari facile poteris. Neq; enim ignoras, cui ad transscribendũ dederis. Inde ratiocinari cætera poteris. Quæso te significes mihi, per quos tam late propagatam esse hanc epistolam existimes. Vale, ex Buciano.

D. Ioanni Pomerano Philippus Melanchthon S. D.

Valde gratam rem mihi fecisti, quòd ad me tam diligenter de rebus tuis scripsisti. Ego uicissim scriberem,

berem, si quid haberem, quod magnopere te scire
 arbitrarer. Primum redij ab inspectione Ecclesiasti-
 ca. Fermisit enim nobis Princeps, ut paucis tantum
 praefecturis in Thuringia perlustratis, domum re-
 diremus. Ego malle[m] recta[m] ad uos: sed retinent hic
 me negocia scholae. Vltimam locum propior Viteber-
 ga electus esset, in quem recessissent adolescentes.
 Nunc enim cum iam procul peregrinandum est, fit
 ut dilabantur scholastici, & multis ex praecptori-
 bus non fuit commodum tam longinquam peregri-
 nationem suscipere. Commenda[m] tibi quendam
 adolescentem: is tibi curae erit. non desunt occa-
 siones prospiciendi bonis uiris. Sed ego deinceps ne-
 minem mittam quoquam, nisi auditum a me. Non e-
 nim credis quam inepta multi doceant: tam male i-
 mitantur optima scripta a Lutero & alijs bonis
 uiris edita. Ego cum primum potero, rebus hic ali-
 quo modo constitutis, proficiscar ad uos: neq; enim
 meos liberos tam uiuat uidere, quam uos. Vale.

Reuerendo uiro D. Vuenceslao Linco, ui-
 cario Augustanae professionis, suo patro-
 no, Philippus Melanchthon
 S. D.

Reuerende Pater: Temere accidit, cur plura non
 potuerim scribere. Pater noster charissimus uiuit.
 Ex priore audies, quae mihi comperta sunt. Tu ui-
 de,